# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Homiliae et sermones de tempore - Cod. Aug. perg. 15

**[S.l.], [9. Jh.]**

Sanctus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20220

Visual Library

conuenimus; apparuit cũ foribus clausis
intus iudęorum metu residerent. apparuit
cum minorato eodem metu apertus eum
gressibus in montis uerticem quęrerent.
adfuit quondam confortaturus suo spũ ec
clesiam. cũ ab infidelibus praemeretur. &
ad publicum uenire ac dilatari prohibe
retur; Adest eidem & nunc cum inclinato
ad fidem culmine regali terror quieuit
psecutionis. & omnis mundi sublimitas
apostolicis est subdita uestigiis. apparuit
piscantibus. eosque appetens diuinis ad
iuuit beneficiis; aderit & nobis cum necessa
ria uitę temporalis recta intentione
curamus. iuuat que nostris laboribus sub
sidium suae pietatis (ad) subiungit; apparuit
recumbentibus. aderit & nobiscum iuxta
apostoli monita. siue manducamus. siue
bibimus. siue aliud quid agimus. omnia
in gloriam dĩ facimus; apparuit primo
in iudęa deinde (in) galilea. post hęc rursũ
in iudęa die quo ascendit clauderetur;
adest modo cum iudeis ob culpã pfidię
derelictis. transmigrauit ad gentes; ad
erit in futuro cũ ante finem seculi reuerte
tur ad iudeos. & sicut apostolus ait.
intrante (aũ) gentiũ multitudine. sic omnis
isrł saluus erit; Nouissime illis apparuit
ascendens in celum. aderit & nobis
ut eum post mortem sequi mereã
mur ad celos. si ante mortem eum
in bethaniam unde ascendit id est in domum
oboedientiae sequi curamus; ipse & enim
caelum ascensurus. bethaniam uenit. quia
sicut apostolus ait. factus est oboediens
usque ad mortem. mortem autẽ crucis.
propter quod & dĩs illũ exaltauit; uenimus
ibidem & nos si quod ille monet agimus.
quod promisit intendimus; esto (ait) fidelis
usque ad mortem. & dabo tibi coronam uitę.
sitque ipsius gratia largiente. ut qui no
biscũ usque ad uite huius terminũ ma
net. post hanc nos uitã ad uidenda secũ
uitę caelestis praemia sublevet.
In qua uiuit & regnat cum patre et in uni
tate spũ sci p omnia secula seculorum
amen;

Sabb

## LECT SCI EUANGEL. SEC IOHAN

In illo temp. una sabbatorum maria mag
dalenę uenit mane cũ adhuc tenebrę
essent ad monumentum; & uidit lapidem
sublatum a monumento. & rlq;

## OMELIA LECTIONIS EIUSDEM SCI GREGORII PAPAE

Fractus longa molestia stomachus
diu me caritati uestrę delectionis euan
gelicę loqui expositione phibuit; uox
namque ipsa a clamoris uirtute subcũ
bit. & quia a multis audire non ualeo.
loqui fateor inter multos erubesco. sed
hanc in me uerecundiam & ipse reprehen
do; quid enĩ. numquid simulas p desse

ʹ/. In caelũ. Aderat ecclesiae cum primo solius iudeae terminis.

nequeo nec paucos curabo: & si ex messe
portare manipulos multos non possu(m) num
quid nam debeo ad aream uacuus redire
quamuis enim quantos debeo ferre
non ualeo. certe uel paucos. certe
uel duos. certe uel unum feram; hab&
namque ipsa infirmitatis intentio. mer
cedis suae cestitudinem. quia supernus
Arbiter noster. & si pondus considerat
in retributione. tamen uires pensat inpon
dere; Lectio sci euangelii quam modo
audistis fr(atre)s ualde in superficie historica
est aperta; Sed eius nobis sunt mysteria
sub breuitate requirenda; maria magdale
ne cum adhuc tenebrę essent uenit
ad monumentum; iuxta hystoriam notat
hora. iuxta intellectum uero mysticum.
requirentis signatur intellegentia;
maria enim auctorem omnium quem
in carne uiderat mortuum quaerebat
in monumento. & quia hunc minime
inuenit furatum credidit. adhuc ergo
erant tenebrę cum uenit ad monumen
tum; cucurrit citius. discipulis nuntia
uit. sed illi p(rae)c&eris cucurrerunt.
qui praec&eris amauerunt; uidelic&
p&rus & iohannis. currebant autem
duo simul. sed iohannes p(rae)cucurrit
citius p&ro uenit prior ad monum(en)tu(m).
& ingredi non p(rae)sumpsit; uenit uero
posterior petrus & intrauit; quid fr(atre)s.

quid cursus iste significat. numquid nam haec
tam subtilis euangelistę discriptio a mys
teriis uacare credenda est. minime; neque
enim se iohannis & praeisse & non intrasse
sedicer&. si in ipsa sua trepiditione myster
ium defuisse credidiss&; quid ergo per
iohannem qui prior uenit ad monumentu(m)
& non intrauit. nisi sinagoga. quid
per p&rum. nisi ecclesia designatur;
nec mirum esse uideatur. quod per
iuniorem. sinagoga. per seniorem uero
ecclesiae significari perhibetur; quia
& si ad dei cultum prior est sinagoga qua(m)
ecclesiae gentium. ad usum tamen seculi
prior est multitudo gentium quam sina
gogae; paulo attestante qui ait; quia
non prius quod spiritale e(st). sed quod
animale; per seniorem ergo p&rum.
significatur ecclesia gentium. per
iuniorem iohannem sinagoga iudeoru(m).
cucurrerunt ambo simul. quia ab ortus
sui tempore usque ad occasum. pari
& communi uia. & si non pari & commu
ni sensu gentilitas cu(m) sinagoga decur
rit. uenit ergo sinagoga prior ad monu
mentu(m). sed minime intrauit; quia legis qui
dem mandata percepit. p(ro)ph&ias de incar
natione ac passione dominica audi
uit. sed credere in mortuu(m) noluit; uidit
enim iohannis posita linteamina non
tamen introiuit. quia uidelic& sinagog& & si

scripturę sacrę sacramenta cognouit.
tamen ad fidem passionis dominicę
credendo intrare distulit; quem diu lon
ge lateque prophetauerunt. presentem ui
dit & renuit. hominē esse dispexit dm̄
carne mortalem factum credere
noluit; quid ergo est. nisi quia & citius
cucurrit. & tamen ante monumentum
uacua stetit; uenit autem simon petrus
subsequens eum. & introiuit in monu
mentum. quia secuta posterior ecclesia
gentium mediatorem dī & hominum.
hominem xp̄m ihm̄. & cognouit car
ne mortuum. & uiuentem credidit dm̄. finis
Uidit lintheamina posita & sudariū
quod fuerat super caput eius non cū
lintheaminibus positum. sed separatum
inuolutum in unum locum; quid esse
frs credimus quod sudarium capitis
dn̄i cum lintheaminibus non inuenit
in monumento. nisi quia adtestante
paulo. caput xp̄i ds̄ est; & diuinita
tis inconprehensibilia sacramenta.
ab infirmitatis nr̄ę cognitione dis
iuncta sunt. eiusq; potentia. creaturę
transcendit naturam; & notandū
quod non solum separatum. sed & iā
inuolutum inueniri dicitur; Linteū
quippe quod inuoluitur. eius nec
initium nec finis aspicitur; Recte
ergo sudarium capitis inuolutum
inuentum est. quia celsitudo diuinitatis.
nec cepit esse nec desinit; nec per
initium nascitur. nec t̄mino coangus
tat; bene aūt additur. in unū locū. quia in
scissura mentium ds̄ non est; ds̄ quippe
in unitate ē; & illi eius habere gratiā merent.
qui se ab inuicē p sectarum scandala n̄ di
uidunt; Sed quia sol& p sudarium labo
rantiū sudor detergi. poterit & iā sudarii no
mine exprimi labor dī; qui in se quidem
qui& us sep atque incommutabilis
permanet. sed tamen laborare se denun
tiat. cum duras hominum prauitates por
tat; unde & per prophetam dicit; Labo
raui sustinens; ds̄ aūt apparuit in carne.
laborauit ex nostra infirmitate; quem
laborem passionis eius dum increduli ui
derunt eum uenerari noluerunt;
quem enim uidebant carne mortalem de
dignati sunt credere esse inmortalem
diuinitate; unde & iam hieremias ait.
reddes eis uicem dn̄e iuxta opera manu
um suorum dabis eis scutum cordis labo
rem tuum; ne enim predicationis spi
cula eorum corda penetrarent. dum
passionis eius laborem dedignati sunt
quasi eundem laborem illius p scuto tenu
erunt; ut eo ad se transire eius uerba
non permitterent. quo eum laborare
usque ad mortem uiderunt; Quid aūt
nos nisi m̄ri capitis id ē dn̄i membra sumus.

per linteamina itaque corporis laborum
ligamenta signantur. quę nunc electos omnes
id est eius membra constringunt; sudarium
ergo quod super caput eius fuerat seorsum
invenitur. quia ipsa redemptoris nostri
passio longe a nostra passione disiuncta
est; Quoniam ipse sine culpa pertulit. quod nos
cum culpa toleramus; ipse sponte mor
ti succumbere voluit. ad quam nos venimus
inviti; sequitur; Tunc ergo introivit
& ille discipulus qui prior venerat ad mo
numentum; Postquam introivit petrus.
Ingressus est & iohannes posterior intravit.
qui prior venerat; notum fratres est quod
in fine mundi ad redemptoris fidem
& iam iudea colligitur; paulo adtestante
qui ait; donec plenitudo gentium intraret.
& sic omnis israhel salvus fieret; & vidit
& credidit; Quid fratres quid aestimandus est
credidisse; num quid quia dominus resurrexerat
quem quaerebant. non utique. quia adhuc
tenebrae erant ad monumentum; et sub
iunctae quoque verba contradicunt. cum
dicitur; Nondum enim sciebant scriptu
ras. quia oporteret eum a mortuis resur
gere; quid ergo vidit. & quid credidit. vidit
linteamina sola posita. & credidit quod
mulier dixerat de monumento dominum
fuisse sublatum; qua in re divinae dispen
sationis magnitudo pensanda est. quod
discipulorum corda & accenduntur

ut quaerant. & differuntur ne inveniant.
quatenus infirmitas animi ipso suo merore
cruciata purgatior ad inveniendum fiat.
& tanto validius teneat cum invenerit.
quanto tardius invenit quem quaerebat;
haec sub brevitate fratres carissimi de evan
gelica lectione transcurrimus. nunc
restat ut de ipsa tantae sollemnitatis
nobilitate aliquid loquamur; hanc enim
recte nobilitatem sollemnitatis dicam.
quia sollemnitates ceteras antecedit;
sicut enim in sacro eloquio sancta sanctorum
vel cantica canticorum pro sui magnitu
dine dicuntur. ita haec festivitas recte
dici potest sollemnitas sollemnitatum;
Ex hac quippe sollemnitate exemplum
nobis resurrectionis datum est. spes
caelestis patriae aperta est. & facta superni
regni iam praesumptibilis gloria; per
hanc electi qui quamvis in tranquilli
tatis sinu. tamen apud inferni claustra
tenebantur. ad paradisi amoena re
ducti sunt; quod ante passionem suam
dixit in resurrectione sua dominus implevit;
si exaltatus fuero a terra omnia traham
ad me; omnia & enim traxit qui de elec
tis suis apud inferos nullum reliquid.
omnia abstulit. utique electa; Neque
& enim infideles quosque & pro suis criminibus
aeternis suppliciis deditos ad veniam dominus
resurgendo reparavit; Sed illos ex in

ferni clauſtriſ rapuit · quoſ ſuoſ in fide
& actibuſ recognouit ; unde & iam rec
te p oſeae dicit ; ero morſ tua o morſ .
ero morſuſ tuuſ o inferne ; id nāque
quod occidimuſ . agimuſ ut penituſ
non ſit ; ex eo & enim quod mordemuſ .
partem abſtrahimuſ . partemq; relin
quimuſ ; quia ergo in electiſ ſuiſ fun
dituſ occidit mortem · morſ mortiſ
extitit ; quia uero ex inferno partē ab
ſtulit & partem reliquid · non occidit
funditus infernum . ſed momordit · ait
ergo ; ero morſ tua · o morſ ; ac ſi aperte
dicat · quia in electiſ meiſ te funditus perimo .
ero morſuſ tuuſ inferne . quia ſubla
tiſ eiſ · te ex parte tranſfigo ; quęē
ergo iſta ē ſollempnitaſ quę inferni
clauſtra diſtruxit · & ianuaſ nobiſ
regni cęleſtiſ aperuit . inquiratur ſub
tiliuſ nomen euiſ · requiratur egregi
uſ predicator ; uideamuſ quid de euiſ
aeſtimatione denuntiat ; ait enim · &
enim paſcha nrm̄ immolatuſ eſt xpſ ;
ſi igitur paſcha xpſ . penſandum nob ē .
quid de paſcha lex loquitur · ut in dige
mꝰ ſubtiliuſ · an de xp̄o dicta uideant ;
moyſeſ quippe ait . ſument de ſangui
ne agni & ponent ſup utrumque por
tē · & in ſup liminarib; domorum · in qui
buſ comedent illum · & edent carneſ
nocte illa ē aſſaſ igni · & azimoſ paneſ
cum lactuciſ agreſtibuſ ; non comedetiſ
ex eo crudū quid · nec coctū aqua · ſed
aſſum · tantum igni · caput cū pedibuſ euiſ
& inteſtiniſ uorabitiſ · nec remanebit
ex eo quicquam uſque mane · ſi quid re
ſiduum fuerit igni combur& iſ ; ubi &
additur ; ſic aū comed& iſ illum ; reneſ
uſ roſ accing& iſ . calciamenta habebitiſ
in pedibuſ uriſ · teneteſ baculoſ in
manibuſ . & comed& iſ feſtinanter ; que
uidelic& cuncta magnā nobiſ aedifica
tionem pariunt · ſi fuerint myſtica int
pr& atione diſcuſſa ; quiſ nam que ſit ſan
guiſ agni · non iam audiendo ſed biben
do didiciſtiſ ; qui ſanguiſ ſup utrū q;
poſtē ponitur · quando non ſolum ore
corporiſ · ſed & iā ore cordiſ hauritur ; t .i. accipitur
in utroque & enim poſte agni ſanguiſ
eſt poſitur · quando ſacramentū paſſi
oniſ illiuſ cū ore ad redemptionem ſumit .
ad imitationem quoq; intenta mente
cogitatur ; nam qui ſic redemptoriſ ſui
ſanguinem accēpit · ut imitari paſſio
nem illiuſ necdum uelit · in uno poſte
ſanguinem poſuit ; qui & iam in ſup
liminaribuſ domorum ponenduſ eſt ;
quid enim ſpiritalit̄ domuſ · niſi menteſ
nr̄aſ accēpimuſ . in quibuſ p cogita
tionem inhabitamuſ · cuiuſ domuſ
ſup liminare eſt · ipſa intentio quę p̄
min& actioni ; qui igitur intentionē

cogitationis ſuę ad imitationem dominicę
paſſionis dirigit. Inſuper liminare
domus agni ſanguinem poſuit; uel cer
te domus nr̄ae ipsa ſunt corpora. In
quibus quousque uiuimus habitamus;
& inſup liminare domus agni ſangui
nem ponimus. quia crucem paſſionis
illius in fronte portamus; de quo adhuc
agno ſubditur; & edent carnes nocte
illa aſſas igni; in nocte quippe agnum
comedimus. qui in ſacramento modo do
minicum corpus accipimus. quando
adhuc ab inuicem nr̄as conſcientias
non uidemus; quae tamen carnes agni
aſſandę ſunt. quia in mirum diſſoluit
carnes quas aqua coxerit; quas uero
ignis ſine aqua excoquit. roborat;
carnes itaque agni noſtri ignis coxit.
quia eū ipsa uis paſſionis illius ad re
ſurrectionem ualidiorem reddidit; *[marg.: at ualentiorem]*
Atque ad incorruptionem roborauit;
qui enim ex morte paſſionis conualuit.
uidelicet carnes illius ab igne durauе
runt; unde etiam p̄ pſalmiſtam
dicit; exaruit uelut teſta uirtus mea;
quid namque eſt teſta ante ignem.
niſi molle lutum; ſed ex igne agitur
ut ſolidetur; uirtus ergo humanitatis
eius. uelut teſta exaruit. quia ab
igne paſſionis ad uirtutē incorrup
tionis creuit. ſed ſola redemptoris nr̄i

p̄cepta ſacramēta ad ueram ſollemnitatē
mentis non ſufficiunt. niſi eis quoque
& bona opera iungantur; quid enim p̄dē
corpus & ſanguinem illius ore percipere.
& ei peruerſis moribus contraire. unde be
ne adhuc ad commedendum ſubditur.
& azimos panes cum lactucis agreſtib;
panes quippe ſine fermento comedit.
qui recte opera ſine cor ruptione
uanae glorię exercet. qui mandata
miſericordiae ſine admixtione pecca
ti exhibet. ne per uerſae diripiat. quod
quaſi recte diſpenſat; hoc quoque pec
cati fermentum. bonę ſuae actioni
miſcuerat. quibus prophetę uoce
per increpationē dn̄s dicebat; uenite
ad bethel & impie agite; atque poſt
pauca; & ſacrificate de fermentato
laudem; de fermētato namque laudem
immolat. qui dō ſacrificium de rapi
na parat; lactucę uero agreſtes ual
de amarę ſunt; carnes ergo uero agni cū
lactucis agreſtibus ſunt edendę. ut
cum corpus redemptoris accipimus.
nos pro peccatis noſtris in fletibus
affligamus. quatenus ipsa amari
tudo poenitentię abſtergat
a mentis ſtomacho peruerſę humo
rem uitae; ubi & ſubditur;
non comedetis ex eo crudum
quid. nec coctum aqua; ecce iam

nos ipsa uerba historiae ab intel
lectu historico repellunt; Numquid
fratres carissimi israheliticus ille
populus in aegypto constitutus come
derit agnum crudum consueuerat.
ut ei lex dicat: Non comedetis ex eo
crudum quid; ubi et additur.
neque coctum aqua; sed quid aquam
nisi humanam scientiam designat. iuxta
hoc quod per salomonem sub hereti
corum uoce dicitur; aquae furtiuae
dulciores sunt; quid crudae agni carnes.
nisi inconsideratae. ac sine reuerentia
cogitationis relictae illius humanita
tem significant; omne enim quod
subtiliter cogitamus. quasi mente
coquimus; sed agni caro nec cruda edenda est. nec aqua cocta; quia redemptor
noster nec purus homo aestimandus
est. neque per humanam sapientiam
qualiter incarnari deus potuit cogitan
dus; omnis enim qui redemptorem
nostrum purum hominem credit. quid
iste aliud quam agni carnes crudes come
dit. quas uidelicet coquere per diuinitatis
eius intellegentiam noluit; Omnis uero
qui incarnationis eius mysteria iuxta
humanam sapientiam discutere co
natur. carnes agni aqua uult coquere.
id est dispensationis eius mysterium
per dissolutam uult scientiam penetrare.

qui igitur paschalis gaudii sollemnita
tem celebrare desiderat. agnum nec
aqua coquat. nec crudum comedat. ut
neque per humanam sapientiam. pro
funditatem incarnationis illius pene
trare appetat. neque in eum tamquam
in purum hominem credat; sed assas
agni carnes comedat. ut dispensare
omnia per sancti spiritus potentiam sciat. de quo
adhuc recte subiungitur; caput cum pe
dibus et intestinis uorabitis; quia redemp
tor noster est. alpha et ω. deus uidelicet ante
secula et homo in fine seculorum. sicut
iam prediximus fratres paulo atter
tante dicimus; quia caput christi deus. ca
put ergo agni uorare est. diuinitatem
illius fide percipere; pedes uero agni
uorare est. uestigia humanitatis eius aman
do et imitando. perquirere; quid uero sunt
intestina. nisi uerborum illius occulta
et mystica mandata; quae tunc uoramus.
cum uerba uitae cum auiditate sumimus;
In quo deuorationis uerbo. quid aliud quam
pigritiae nostrae torpor deprahenditur;
qui eius uerba atque mysteria et per nos
met ipsos non requirimus. et dicta
ab aliis audimus inuiti; non remanebit
ex eo quicquam usque mane. quia et
eius dicta magna sunt sollicitudine
discutienda. quatenus priusquam dies
resurrectionis appareat in hac praesenti uita

nocte omnia mandata illius intelle
gendo & operando penetrentur; ſed quia
ualde eē difficile ut omne ſacrum elo
quium poſſit intellegi. & omne eius myſ
terium penetrari. recte ſubiungitur; ſi
quid aū remanſerit igni cōburetis;
quod ex agno remanet igni cōburimus.
quando hoc quod de myſterio incarnationis
eius intellegere uel penetrare non poſſu
mus. poteſtati ſci ſpc humiliter reſerua
mus. ut non ſuperbe quis audeat uel
contemnere uel denuntiare quod non
intellegit. ſed hoc igni tradat cum ſco ſpu
reſeruat; quia igitur qualiter eden
dum ſit paſcha cognouimus. nunc a qui
libus edi debeat cognoſcamus;
Sequitur; ſic aūt comedetis illum; renes
uros accingetis; quid in renibus niſi de
lectatio carnis accipitur? unde &
pſalmiſta poſtulat dicens; ure renes meos;
ſi enim uoluptatem libidinis in renibus
eſſe nesciret. eos urimini me peteret;
unde quia poteſtas diaboli in humano
genere maxime per luxoriam preualu
it. de illo uoce dominica dicitur; poteſtas
eius in lumbis eius; qui ergo paſcha co
medit. habere renes accinctos debet.
ut qui ſollempnitatem reſurrectionis
atque incorruptionis agit. corruptio
ni iam per uitia nulli ſubiaceat. uolup
tatem edomet. carnem a luxoria

reſtringat; neque enī cognouit que
ſit ſollempnitas incorruptionis. qui ad
huc per incontinentiam corruptionis ſub
iacet; hec quibusdam dura ſunt. ſed
anguſta porta eſt que ducit ad uitā;
& habemus iam multa exempla continen
tium. unde & bene adhuc ſubditur. calcia
menta habebitis in pedibus. quid enim
pedes nrī niſi opera? quid uero calcia
menta. niſi pelles mortuorum anima
lium? calciamenta aū pedes muniunt;
que uero ſunt mortua animalia ex quorū
pellib; nrī muniuntur pedes. niſi antiqui
patres qui nos ad aeternam patriam
precesserunt? quorum dū exempla
conſpicimus nrī operis pedes munimus;
calciamenta ergo in pedibus habere eſt.
mortuorum uitam conſpicere. & nrā
ueſtigia a peccati uulnere cuſtodire;
tenentes baculos in manib; quid l& per ba
culū. niſi paſtoralem cuſtodiā designat?
& notandum quod prius praecipimur
renes accingere. & poſtmodum baculos
tenere. qui alli debent curā paſtoralē
ſuſcipere. qui iam in ſuo corpore ſci
unt fluxa luxorie domare. ut cū aliis
fortia predicant. ipſi deſideriis mollib;
eneruiter non ſuccubant; bene aū
ſubditur. & comedetis feſtinanter;
notate frs notate quod dicitur feſti
nanter mandata dei miſteria redemptoris

celestis patriae gaudia cum festinatione
cognoscite. & percepta cum festinatione
implere curate; quia enim adhuc ho
die lic& bene agere scimus. utrum cras
liceat ignoramus; Festinanter ergo
pascha comedite. id est ad sollemnitatē
patrię celestis anhelate; nemo
in huius uitę itinere torpescat ne in
patria locum perdat; nemo mo
ras ad ceptę bene agenda studia innectat.
sed cepta perficiat. ne minime liceat
implere quod inchoat; si ad amorē dī
pigri non sumus. adiuuat ipse quē ama
mus. ihs xps dns noster. qui uiuit cū · & regnat
patre in unitate sps sci ds per omnia
secula seculorum amen; SABBATO

## LECT̄ SCI EUANG̅ SECD IOH

In illo temp̄. Cum sero eēt die illo una sabbatorum
& fores essent clausae ubi erant discipuli ppter
metum iudeorum. Venit ihs & stetit in medio
eorum. & dicit eis. Pax uobis. Et reliqua;

## OMEL̄ LECTIONIS EIUS DEM SCI AGUSTINI EPISCOPI.

Cum ess& ergo sero die illo una sab ba
torum & fores essent clausę ubi erant
discipuli ppt̄ metū iudeorum uenit ihs
& stetit in medio & dicit eis pax uobiscum;
Et hoc cum dixiss& ostendit eis manus
& latus; claui enim manus fixerant.
lancea latus aperuerat. ibi ad dubi
tantium corda sananda. uulnerū sus
seruata uestigia; moliū corporis
ubi diuinitas erat. ostia clausa non ob
stiterunt; ille quippe non eis apertis
intrare potuit. quo nascente uirginitas
matris inuiolata pmansit; gauisi sunt
ergo discipuli uiso dno; dixit ergo eis iterū.
pax uobis; iteratio confirmatio est; ipse
quippe dat p prophetam promissam
pacem sup pacem; sicut misit me pater
inquit. & ego mitto uos; equalē patris filiū
nouimus. sed hic uerba mediatoris agnos
cimus; medium quippe se ostendit. dicendo.
ille me. & ego uos; hoc cum dixiss& insuffla
uit & dixit eis; accipite spm̄ scm̄; insufflan
do. significauit spm̄ scm̄. non patris
solius esse spm̄. sed & suum; quorum remi
seritis inquit peccata. remittuntur eis.
& quorum retinueritis retenta sunt;
ecclesiae caritas quę per spm̄ scm̄ diffun
ditur in cordibus nostris. participum
suorum peccata dimittit; eorum autem
qui non sunt eius participes ten&; ideo post
ea quam dixit. accipite spm̄ scm̄. hoc con
tinuo de peccatorum remissione ac detem
tione subiecit; thomas autē unus ex duo
decim qui dicitur didimus. non erat cū
eis quando uenit ihs; dixerunt ergo ei
alii discipuli. uidimus dnm̄; ille autē dixit
eis. nisi uidero in manibus eius figuram
clauorum. & mittā digitum meum in
locum clauorum. & mittā manū meā
in latus eius non credam; & post dies octo